

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7003

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Saint-Pierre-de-Cormeilles, Notre-Dame de Cormeilles (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1154, décembre-1172, mai]

**Lieu d'émission :** Westminster

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation des biens appartenant en Angleterre à Notre-Dame de Cormeilles.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cistercensium Carthusianorum..., de canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 6, vol. 2, p. 1076.

b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCCXIX, t. 1, p. 466-468.

## Dissertation critique

« Avant mai 1172 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 466.

Texte établi d'après b

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, justiciis et vicecomitibus et baronibus et ministris suis totius Anglie, salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse Deo et Sancte Marie de Cormeliis et abbati et monachis ibidem Deo servientibus ecclesias suas et terras suas et elemosinas et decimas et omnia tenementa sua tenere ita bene et in pace et juste et honorifice et quiete, sicuti illa melius tenuerunt tempore regis Henrici avi mei. Et nominatim totum manerium de Newent, cum omnibus pertinentiis suis, scilicet quinque hydas terre, et ecclesiam cum omnibus decimis et oblationibus et pratis et molendinis et nemoribus de Jarclesduna et de Tedeswde ; Cuntonam et Lindam et Ectham et Melswikam, cum molendino et pratis, et Cugheleiam, cum omnibus sartis que pertinent ad Newent. Et Stanling et Bulesdun, cum capella, et ecclesiam de Tedintona et capellam de Panceleia ; et ecclesiam de Dimoch, cum omnibus pertinentiis suis et decimis, et decimam de toto dominio, et unam virgatam terre in eadem villa. Et ecclesiam de Bekefort, cum omnibus pertinentiis et decimis suis et capellis, et decimam de toto dominio et in augmentis et in essartis et dimidiam hydram terre. Et ecclesiam de Estona, cum omnibus decimis et capellis et pertinentiis suis, et unam virgatam terre, et totam decimam de dominio ; et ad Tokintonam totam decimam de dominio in omnibus rebus, et unam virgatam terre in eadem villa. Et ad Cuntonam totam decimam de dominio et unam virgatam terre. Et ad Cadibroc totam decimam de dominio. Et ad Ouram totam decimam de dominio. Et ad Alkestan totam decimam

de dominio. Et totam villam de Kingestona, cum omnibus pertinentiis suis, scilicet duabus hydibus terre, et capellam ipsius ville. Et ad Westkingestonam decimam de toto dominio, et unam virgatam terre. Et ecclesiam de Mawrdina, cum omnibus decimis et pertinentiis suis, et totam decimam de dominio, et unam virgatam terre. Et ecclesiam de Kingestona, cum omnibus decimis et pertinentiis suis et capellis et oblationibus, et totam decimam de dominio, et unam virgatam terre. Et ad Pioniam totam decimam de dominio, et unam virgatam terre. Et ecclesiam de Sukeleia, cum omnibus capellis et decimis et pertinentiis suis, et totam decimam de dominio, et unam virgatam terre. Et ecclesiam de Merleia, cum omnibus capellis et decimis et pertinentiis suis, et tres virgatas terre, et totam decimam de dominio. Et ad Wich rectum suum in salinis. Et ad Holewei totam decimam de dominio, et unam virgatam terre. Et ad Sideham decimam de dominio, et dimidiam hydibus terre. Et ad Reineham totam decimam de dominio, et unam virgatam terre. Et ad Turkistonam totam decimam de dominio, et dimidiam hydibus terre, et unum pratium. Et ecclesiam de Lidiard, cum omnibus decimis et pertinentiis suis, et totam decimam de dominio, et unum pratium. Et ecclesiam de Bancel, cum omnibus decimis et pertinentiis suis, et totam decimam de dominio, et duas virgatas terre. Et de villa Monemute decimam de redditibus ville. Et de Troi et de Concarvan et de Nova Villa medietatem decime de dominio ; et de terra Ricardi filii comitis Gilberti inter Uskam et Waiam dimidiam decimam de dominio suo, in bosco et plano et in piscariis et melle et pasnagio et placitis, et quartam partem decime Strigulii. Et ad predictum manerium de Newent, unam blessagham, et carbonem in nemus suum ad blessagham sustinendam, et terram suam ad ollas, et boscum suum de Eadulveshella ad essar tandum, si non est in mea foresta. Et ecclesiam de Strigulio, cum capellis et omnibus decimis et redditibus et pertinentiis suis. Et in villa Herefordie duodecim libras ad scacarium meum. Et ad Sudhamtunam novem libras et quinque solidos ; et in eadem villa sunt predicti monachi et homines sui de dominio suo, et domus illorum, liberi et quieti de omnibus consuetudinibus. Et de decima de Sukeleia et de Merleia sexaginta et quindecim solidos. Et ad Glocestriam et ad Dimoc quadraginta solidos.

Teste R. comite Cornubie.

Apud Westmonasterium.